

QK. 531

B. m. D.

II b  
64

D. JOANNIS MUSLERI,  
OETINGENSIS,

X1860573

IN

ARTEM NOTANDI  
SIGNA,

Hinc indè ex bonis Autoribus conqvisita,  
& ad Cellaria Argumentorum & L. II. ff. de Statu  
hominum applicanda,

quae

cum NOTIS

Multorum rogatu denuò jussit

imprimi

JO. FRIDERICUS HEKELIUS.

CTGNEAE

Editoris Sumtib. ap. SAM. EBELIUM,  
AÔ. CHR. M. DC. LXXXI.





Inclutae Academiae Lipsiensis

*b. t.*

RECTORI MAGNIFICO,

V I R O

*Max. Reverendo, Amplissimo atq, Excellentissimo,*

**DN. D. VALENTINO  
ALBERTI,**

**SS. Theologiae Prof. Publ. Extra-Ord. &**

Philosophiae Primae Ordinario celeberrimo, Facult. Philosoph.

Affessori, Collegiiq; B. Mar. Virg. Collegiato gravissimo,

Alumnorum Electoralium Ephoro & Academiae

Decem-Viro splendidissimo,

&c. &c.

AMOENIORIS STUDII STATORI OPTATISSIMO,

*Domino, Patrono atq, Praeceptoris Sui sincerè  
devenerando.*



Ut & VIRIS

*Illustri, Magnificis, Max. Reverendis, Nobilissimis, Amplif-  
simis, Experientissimo atq; Excellentissimis,*

DN. CHRISTIANO Lorenz ab Adlershelm/Sacr. Caes. Maj. &  
Potentissimi Electoris Saxonici Consiliario splendidissimo, Scabinatûs  
Lipsiensis Assessori, Ecclesiae Scholaeq; Thomanae Curatori, ut &  
inclutae Reipublicae Lipsiensis Consuli Seniori optimè meritissimo,  
&c. &c.

DN. D. AEGIDIO STRAUCHIO, Theologo, Philologo atq;  
Historico magni Nominis, ad S. Trinit. apud inclutos Gedanenseis An-  
tistiti omninò eminenti, nec non Gymnasii Directori laudabiliter  
merito, &c. &c.

DN. D. JO. BALTHASARI HABERKORNIO, Theologo  
celeberrimo, Max. Venerandi Ministerii Evangelici Erfurtensis Seni-  
ori, & ad Praedicator. Antistiti gravissimo, ut & Gymn. Insp. vigilan-  
tissimo, &c.

DN. D. DANIELI AEGIDIO HEINRICI, JCTo eximio, & in  
Mügleng Haereditario spectatissimo, &c.

DN. HEINRICO BECKERO, in Nischwitz Haereditario con-  
spicuo, & modò laudatae Reipublicae Lipsiensis Senatori ac Aedili  
gravissimo, &c.

DN. L. JO. CHRISTIANO ADLUNG, Medico & Philologo  
celebri, in per-antiquâ Academ. Erfurtensi LL. OO. PP. Ord. & S.R.I.  
Acad. Nat. Curios. Collegae praestantissimo, &c.

DN. GEORGIO SCHUBARTO, Philologo clarissimo, & in  
illustri Salanâ Universitate Prof. Publ. egregiè merenti, &c.

*MUSARUM AMOENIORUM PATRONIS ET  
ORNAMENTIS NOBILIBUS,*

Dominis Suis Magnis, Patronis Optimis, Fau-  
toribus venerandis atq; Amico veteri,



VILISSIMUM MONUMENTUM HOCCE,  
magis tamen

*ad*

MAJORA  
OPPIGNORATUM ANIMUM,

*cum*

Humillimâ atq; candidissimâ perennaturæ  
felicitatis apprecatione

*M.*

*Dat, Dicat, Dedicat, Consecrat*

TANTORUM VIRO RUM GRATIAM, AFFECTUM  
ATQVE AMICITIAM

*partim in se feliciter derivaturus, partim modò  
simili aucturus*

JO. FRIDERICUS HEKELIUS.





# CANDIDO LECTORI.

**N**genii ac Naturae ( quibus omnes homines caeteris animantibus praestare student) signum praecipuum esse MEMORIAM, (a) à summis & doctrinarum & linguarum luminibus traditum legimus. Id quod adeò verum est, ut *Justinianus Imperator* ipse non ad aliquem privatum, rudem, aut indoctum, sed ad *Senatum Romanum* ipsum, & omneis adeò populos scribens ejus vim, quae duplex est, (*prior* in facili perceptione, *posterior* in fideliter continendò posita) Divinitati comparet, dicens: OMNIUM HABERE MEMORIAM, ET PENITUS IN NULLO PECCARE, DIVINITATIS MAGIS, QVAM MORTALITATIS ESSE: Dicti istius sacrosancti non tam se ipsum, quàm veteres sapientes Autores faciens. Eidem nimirum MEMORIAE, cum ego nonnihil per NOTAS, SIGNA & FIGURAS quasdam consulere ac succurrere didicerim, non equidem à vulgaribus quibusdam Magistris, sed ex praestantissimis *Hispaniae, Italiae, Galliae, Germaniaeq;* Doctoribus, Theologis, JCTis, Medicis, Philosophis, aliisq;, qui in reliquis artibus versantur, & à nullò haeclenùs (quod sciam) peculiari professione in medium hujusmodi producta sint, ac non tam ad ostentationem composita,

A



sita, quàm utilia esse videantur: placuit nobis, ut sicuti antea aliquot Lectionibus & Disputatione publicâ super L. 2. ff. de Statu hominum in eâ ipsâ *Arte Notandi* tractassemus: ita etiam jam ejusdem SIGNA & FIGURAS, quas vides ex optimis quibusq; Autoribus decerptas, offerremus, promittentes nos mox *integram, Artem*, quâ possumus diligentiam, fide & dexteritate perscriptam, evulgaturos. Caeterum non facile dixerim, quantum utilitatis, haec ipsa *Notandi Artis* SIGNA & FIGURAE in publicis pariter, ac privatis studiis afferant. Ea verò, *Lector Studiose*, te, ipsâ commoditatis ratione cognitâ, experiri, quam heic multis commendare malumus.

(α) Haec à nonnullis Eruditorum Statoribus, quòd majora non infrequenter continet; minuta autem transmittit, appositè cum *Reri* comparatur.

**I** CRUCEM (β) talem *vexillo* (γ) impositam quondam *Venetis* contra *Turcas* in exercitu ferri vidimus. PSALMUS etenim ait: *Dabis iis vexillum, quod erigent contra hostes suos, quò visò in fugam vertantur.* Hoc enim promissisti per Spiritum Sanctum tuum iis, qui colunt te. Praeterea EXODI XIII, 9. scriptum est: *Erit quasi signum in manu tuâ, & quasi appensum ob recordationem ante oculos tuos, eò quòd in manu forti nos eduxit Dominus de Ægyptò.* In PONTIFICIIS SANCTIONIBUS legimus c. Magnae, extra. de votò: *Ac signum peregrinationis & devotionis terrae Orientalis CRUCEM Dominicam assumsisti.* Et c. Licet eo & c. dicitur: *Et tu, assumptò CRUCIS signaculo, te id impleturum sine dilatione quâlibet promissisti.* Et infra: *Mandamus, quatenus postpositis caeteris sollicitudinibus, usq; ad Festum exaltationis sanctae CRUCIS debitum acceptae CRUCIS exsolvens.* Item c. Nemo Ecclesiam, de Consecrat. dist. 1. Autent. de Eccles. Tit. §. Si quis autem




autem voluerit: Collat. I. Significat etiam ea Figura CRUCIS novam sententiam in scribingentibus, quos Doctores vocant Jurisconsulti. Hoc quoque; menuit D. MALMIGNATUS, Praeceptor noster. Postremò EPIPHANIO Graeco de Mensuris NOTΑ quoque; CRUCIS significat CHRISTUM. Vobis Auditoribus *Triumphum* potest designare, aut ad Locum communem de *Victoriā* consignabitis.

(β) Quam rarum & dignissimum Regibus olim Donum (ἱεραίσιον χεῖμα, καὶ βασιλεῦσι δῶρον αὐτοκρατορῶν) fuisse, ex Joan. Cinnami Lib. I. de Reb. Gest. IMP. CONSTANTINOP. p. 19. num. A. discendum est. CRUCEM autem, quae CONSTANTINI M. Labare erat impressa, ita



se habuisse notum est. Quae SIGNATURA duas initiales Graeci nominis CHRISTI nostri litteras appositè designabat. Quapropter Nobiliss. Dn. D. Joan. Christophorus VVagenseilius, Vir in Antiquitatum doctrinā hōc tempore versatissimus, Fauctor noster optimus, Inscriptionem illam, quae Mediolani in St. AMBROSII templō Car-

mini Div. Manib. IMPERATORIS consecrato hōc modò D.  M. est praeposita, per verba haecce: DEO. CHRISTO. MEDIATORI, seu, DICATUM. CHRISTO. MEDIATORI: quā felicissimè est interpretatus, & quidem s. VIII. Dispp. Circular. Jur. Publ. VI, p. 16. Aliās de Notā istā, quae apud Grammaticos τὸ Κεῖμας venit nomine, & Isidorō Hispalense Lib. I. Origin. c. 20. col. 836. Edition. Gothofred. teste, solā ex voluntate uniuscujusq; ad aliquid notandum ponitur, leg. Just. Lipsii Lib. III. de Cruce c. 15. p. 791. Tom. II. Edition. Gardontane-Lugdun. Jo. Friderici Nicolai, Theologi pii & modesti, nobisq; faventissimi, elegans Dissertatio de Ebraeorum, Graecor. & Latinor. quibusdam Litteris Mnemonicis, Litt. C. 4. fac. a. Caroli Patini Numismata p. 476. seq. & Sertorii Ursari Commentar. de Notis Romanor. p. 132.

(γ) Sic veteres Saxonum Principes in Insignibus inter alia CRUCIS quoque; figuram usurpant, e cujus angulō unōquoque; una ex his quatuor litteris C. C. N. S. hunc in modum



eminuit, hoc in recessu habentibus Symbolum: CRUX. CHRISTI. NOSTRA. SALUS. Vid. Laurentii Fausti Libellus, qui Germanicè inscriptus est Erklärung des Fürstl. Stammbaums aller Herzogen zu Sachsen/ p. 21. seq.





ASTERISCUM DIVUS HIERONYMUS pro *Emendationis chara-*  
*tere* (s) posuit in Pentatevchô Mosis, ASTERISCO & OBE-  
 LO omne opus distingvens. ORIGENES, dùm aut illucescere  
 facit, quae minùs antè fuerant, aut superflua jugulat & confodit,  
 maximè quae Evangelistarum & Apostolorum autoritas non  
 promulgavit. Hinc ERASMUS ROTERODAMUS (s) refert, quos-  
 dam solere *Stellis* signare, quod Graecis est ἀστροῖς σημεῖα τῶν ὁδῶν,  
 qui *Notulis & Conjecturis* quibusdam rem aliquam difficilem  
 pervestigare nequeunt. Idem ERASMUS in Praefatione Adagio-  
 rum omnium primâ: Si quandò in Autoribus Proverbium sub-  
 esse senserunt, non, quod pueri clamitant, *in fabâ se reperisse* (?)  
 sunt arbitrati, sed quòd velut ASTERISCÔ praenotandum, diligen-  
 tiusq; explicandum judicarent. In *Libris Psalmorum* ASTERI-  
 scus additus significat, *NOTA*. Multis modis ornatis. D. CONRA-  
 DUS LYCOSTHENES in suô Elenchô *hòc Signò* notavit ea, quae pri-  
 ori Editioni accesserunt. Porro ad SIXTI, Pontificis summi, se-  
 pulcrum Romae est additum: *Stellam quilibet ejus rei, ad quam a-*  
*ptus est, significatricem habet.* ALCIATUS Lib. DISPUNCT. III. cap.  
 16. Siquidem HEPHESTION autor est, in ARISTOPHANIS Comoediâ,  
 ASTERISCUM inscribi, ubi genus carminis variatur. Ejus Nota  
 est Stellae imaguncula; at CORONIDEM apponi, vel cum Locorum  
 commutatio fit, vel Histriones, relictò chorò, abscedunt, vel è  
 conversò recedit chorus, subsistentibus Hist rionibus. Ejus  
 Nota est Linea ab inferiore parte hòc modò J flexa.

(s) Aliis, *Abrahamo Bucholcero* imprimis, cujusdam Dubitationis index est, significatq; an-  
 num hunc, vel illum, indefinite poni, h. e. circa id tempus illud esse factum, nec cer-  
 tam anni consignationem apud *Autores* extare. *Diogenes Laërtius* in *Vitâ Platonis*,  
 Lib. III. extante, p. 216. Edition. *Casaubon.* scribit, *hanc NOTAM olim ad convenien-*  
*tiam Dogmatum* adhibitam fuisse.



(e) Chiliad. I. Centur. V. Adag. LVII. p. 150, col. b. & Chil. III. Cent. V. Adag. XLII. p. 6076 col. a. Edition. Colon.

(s) Proverbii hujus Originem aperit nobis idem Erasmus Chiliad. II. Centur. IX. Adaga LXXXVI. p. 499. col. a.

**S** EUSTATHIUS inter Poëtarum Figuras ΠΑΡΑΓΡΑΦΗΝ nominat, id est, PARAGRAPHEN, quae fit, cum praecedentia complectentes ad alia transitum (n) facimus, ut apud HOMERUM (9)

ὥς οἱ μὲν τὰ πένοντο καὶ ἑρμῶν. - - - (i)

ALCIAT. *Disputat.* Lib. III. c. 16. ISIDORO Lib. *Etymologiar. s. Origin. I. cap. 20. col. 835.* PARAGRAPHUS est, qui ponitur ad separandas res à reb9, quae inconnexae concurrunt, quemadmodum in *Catalogo* Loca à Locis, & Regiones à Regionibus, in *Agone* Praemia à Praemiis, Certamina à diversis Certaminibus separantur.

(n) Ideoq; à nonnullis, ut ex SIGNATURA hæce



videre licet, instar Litterae Graecorum Γ, cuj9 Etymon Autores Graeci πλάττω, quod metere est, deduci volunt, ante oculos nobis ponitur. Conf. Jo. Pieris Valer. Lib. XLVII. *Hierogl. c. 29. p. 199. num. A. Edition. Colon.*

(9) Lib. I. Iliad. v. 318.

(i) H. e. & quidem juxta Crispinianam interpretationem, Sic hi quidem haec operabantur per exercitum.



OBELUS, vel TELUM, *Reprehensionem*, (x) & EPIPHANIO Graeco *Errorum* denotat. Porro Libri Errorum scripti sunt à SERVIO SULPITIO, de Q. MUTIO suô Praeceptore. Vide ERASMUM in Proverbiis: (λ) *Obelô notare.* MARIANUS *Salo. §. Responsa prud. Vers. Nec desunt: Nu. 65.* Vide DISPUTATIONIS meae Themata de *Juris Arte universa in Notarum rationem formamq; redigenda*, quam ex L. 2. ff. de *Stat. Hom.* excerptam in publicâ Jurisperitorum Scholâ An. nô M.D.LII. celebravimus.



(\*) Sunt, qui TELUM hoc modo, ut jam est ostensum, figuratum *Damnationis* Signum, aut *explodendum*, *summovendum* & aliquid ineptè *Dictum* in scriptis esse autumant. Et hoc signo omninò esse usum summum illum Grammaticum, *Aristarchum*, in adulterinis apud *Homerum* Carminibus summovendis iterum ex *Pierii* Lib. XLII. *Hierogl.* c. 18. p. 527. num. C. doceemur. *Christiano Daumio*, *Signum Duplicitatis*, vel *Improbationis* est, sicuti ipse est confessus in litteris Q. d. IX. Jul. Ai. huj. LXXX. ejusq; ob peccata nostra gravissima omnium miseriarum atque calamitatum pleni, amanter ad nos datis.

(A) Chiliad. I. Cent. V. Adag. LVII. p. 150.

VENABULUM, quò me Clementissimus Princeps, MAURITIUS, Elector & Maecenas noster, in arce Lipsiensi in defensionem legitimam (u) donavit.

(u) Nos statuimus, MAURITIUM Electorem MUSLERO nostro VENABULUM, s. HASTAM quandam, cujus gestamen haudquaquam vulgares inter honores habitum, tantaeq; apud Veteres venerationis fuit, ut locò *Diadematis* pro *Insigni* regiò haberetur, magis ob *ingenii*, quàm pollebat, *Sim* atq; *promissitudinem*, quàm in *defensionem legitimam* dedisse. Errant itaq; illi & in *Mane's Muslerianos* vehementer sunt injurii, qui HASTAM, quàm *tardos Boves* nonnunquam increpamus, ab Electorali manu tam sedulo Viro hanc de causâ, ut videlicet *sua magis strenuè*, ac olim factum, *faceret*, donatam esse garriunt. Alioquin HASTA etiam *Numerus* memorialis est, & aequè, ac *Pistillum*, UNITATEM denotat, quemadmodum scribit *Robertus Flud* Tom. I. de *Macrocosmi Historia*, Tract. II. Part. I. Lib. I. c. 10. p. 39.

(v) PANDECTAE, (ξ) ut *ALCIATUS* Disp. Lib. III. c. 16. refert, ita quondam signatae fuerunt.

(v) Quis SIGNATURAM hancce apud *Antiquos* invenerit, nemo *Eruditorum* hactenus me docere potuit.

(ξ) Libri videlicet omnifaria capientes.

SP. Id est, SINE PATRE. (o) THEOPHILUS Titul. de Nuptiis.

(o) *Romani* enim, quandò *hominem Parentibus orbatum* dicebant, SP. tantummodò *conjunctim* scriptitabant. Quò factum est, ut *SPIRITII* etiam, quòd *incertò* credebantur *genere*, hanc SIGNATURA notati sint, quemadmodum tradit doctissimus *Petrus Crinitus* Lib. XX. de H. D. c. 5. fol. 75. fac. b. Edition. *Ascens.* Propriè autem dicuntur *SPIRITII*, qui ex *Matre* notà, sed *Patre* ignorò, vel non ex *legitimò* genere, sed ex *quâdam collusione* nati sunt, & derivantur à σπέρμα, *semen*, quòd (*persapè*) à *Genitoribus* nil habent, nisi *semen*, nec in *Patris* familiam atq; *haereditatem* feliciter possunt succedere. Vid. C. *Cornel.* à *Lapide* Comment. ad vers. III. Cap. IV. *Libr. Sapient.* p. 84. col. 1. Litt. D.

Θ Titulus, vel Summa negotii notatur, aut ubi aliquam *Materiam* ex *professò* (π) tractandam decrevimus.

(π) In simili negotiò nos utimur *dulcissimò* JESU nomine, in quò omnia quàm felicissimè *incipienda* atq; *finienda* sunt.





*Ironiam, (e) vel insignem Figuram CORONA significabit. In illâ excelluit SOCRATES, ut CICERO in Officiis refert.*

(e) Fortè quòd paucissimi hominum *singulari hâc ornatu*, qui & *Insigne regium* est, & hujus, vel illius rei *absolutionem consummationemq;*, immò *perfectionem* quoq; ad quam non multi feliciter pervenire possunt, designat, sunt dignissimi. Poëta autem, ut notum est, *CORONAM* cum *Heribus Imperatoris* idèò communem habet, quoniam eos aeternat, carminibusq; illorum facta illustria memoriae commendat. Conf. *Libellus noster de POETAR. CORONA Historico-Philol. c. VI. §. I. p. 41. Edition. Cypn.*

**S**(σ) *Similitudinem* denotat.

(σ) Haec Littera olim apud ROMANOS *Tricliniorum Diaetarumq;* foribus ad imperandum maledicendi silentium inscribatur, uti apparet ex *Pieris Lib. XXXVI. Hierogl. c. 14. p. 442. num. A. & Daniel. Heinsii, Viri in omni disciplinarum studiorumq; severiorum genere excellenter diligentis, Lib. IX. Exercit. sacr. c. 6. p. 455. lin. 30. seq. Quò videtur respexisse Autor Laudis ULULAE, Contr. Gaddaeus, qui Curtium Jaclem intrepide se nuncupat, quândo in praedicti ALITIS Encomio p. 161. seq. Ed. Angl. affirmat, se vidisse aliquandò picturam veterem, quae Regem ALEXANDRUM MAGNUM, HEPHAESTIONEM & ULULAM hâc modò repraesentâset, ut ab unò latere stetisset ALEXANDER, ab alterò HEPHAESTION, cujus ori Rex annulum, seu sigillum suum impresse rat in SILENTII signum; ULULA autem in mediò cum hâc Inscriptione: S. T. Quae duo elementa veteribus Notae SILENTII erant. Explicationem autem hâcce hemistichio*

*S. Jubet, ut sileas. T. Jubet, ut taceas*

utrinqve fuisse adjectam narrat. Indè venit, ut *Comici* in Theatris duabus hîsce litteris, seu signò, quò imperatur *silentium*, sint usi, uti patet ex *P. Terentii Afr. Phorm. Act. V. Sc. I. v. 16.*



ROSA (τ) *egregiam (v) Metaphoram* adumbrat nonnullis; mihi verò *cogitationes proprias, aut aliorum etiam multiplices*, certis tamen interstitiis per capita quaedam discernendas.

(τ) Huic opponitur *Vepres* apud *Huldericum Buchnerum Involucr. I. Anagr. I. v. 7. his verbis:*

*Quantum vepres cedunt ROSIS.*

*Aliàs de eâ leg. Carol. Paschalis Lib. III. de Coronis, c. 6. p. 155. seq. Edition. Paris.*

(v) ROSA enim omnium *florum* Regina eminentissima est, & odor ejus pariter, ac color, praestantissimus omnibusq; acceptissimus. Indè, cùm quis *prudenter & doctè* loqueretur, dicebatur olim à Litterationibus ROSAS MIHI LOCUTUS EST, h. e. *Verba gratissima & ROSARUM instar amabilia protulit.* Vid. *Erasm. Chil. II. Cent. VI. Adag. XLII. p. 436. col. a. & Pieris Lib. LV. Hier. c. 3. p. 686. num. C. Sic CEDRO DIGNA LOCUTUS* eadem fermè proverbialis locutio est, & usurpatur de eò, cujus Oratio propter verborum nitorem ac gravitatem sententiarum immortalitatem promeretur, ac ejusmodi



**D. JO. MUSLERI ARS NOTANDI,**

jusmodi judicatur, ut ad posteritatem debeat transmitti, sicuti scribit *Henr. Salmuth* in *Comment. s. Notis ad Ovidon. Pansivoli* Tit. XLIII. Lib. I. *Rer. Memorabil.* quae sunt *Deperditae*, p. 281. Edition. *Amberg.* Sed *ALIENA LOQVI* ap. *P. Ovidium Nas.* Lib. III. *Trist. Eleg. 3. v. 19.* *Martino de Roa* (Lib. I. *Singular. Loc. & Rer. SS. c. 12.* Part. I. p. 70.) sunt *inepta & incohaerentia loqui.*

**C**ogitationem, aut Inventum proprium insigne, (Φ) sive Cupiditatem talem, qualem etiam beluae similem faciunt, DEI & Legum potestati contrariam.

(Φ) Nuper vidi Viri ejusdam clarissimi *MSE*, *Mathematico-Historicum*, adhuc non impressum, ubi illa omnia, quae ipse invenerat, & diligens collegerat, duabus his litteris M. S. erant consignata; quae autem caute & cogitate exscripserat, & sine *Autorum* citatione, ut à multis plerumq; solet fieri, pro suo ventilaverat, Littera A, notata erant. Ubi per hanc Litteram, sicuti conjicimus, *ALIENA*; per duas autem priores *MEA* SUNT; volebat intelligere.

**P.** Sicubi *Nomen proprium* (χ) observandum, hoc Signum praefixum, quando voles, ut alia superiora & inferiora omnia, chartae margini ascribito. Et sic genus habes Nominis Proprii notationis. Si verò individuum assignare velis, ut *PETRUS*, aut *PAULUS*, qui valde benè, aut malè tecum egerit, ad P. istud *BB.* (ψ) vel *MM.* (ω) id est, *valde* videlicet, aut *benè*, aut *admodum malè* actum esse denotabis. Eum in modum *Reges Persarum* *Commentarios* habebant, in quos benemeritorum in *Repub.* nomina consignarunt. *THUCYDIDES* Lib. I. καὶ ἐν ταῖς ἡμετέραις οἰκῇ εὐεργετῆς ἀναγεγραφήν. Quem locum mihi monstravit *D. HIERONYMUS V VOLFI9*, *Oetingensis*, & doctrinā & pietate praestans vir, *Isocratis* & *Demosthenis* translator felicissimus. Vide *COELIUM RHODIGIN.* de *Antiquis Lectionibus* Lib. XII. c. 49. de *Gratiarum in urbibus Templō.*


(χ) Ut *PUBLIUS*. Alioquin haec Littera, etiam sola posita, *Pedem*, *Patrem*, *Pusillum* & verbum *Posuit* juxta *M. Val. Probi* Librum, qui de *Notis Romanor.* sedulo est conscriptus, col. 1526. Edition. *Putschianae* denotat. *MUSLERUS* noster eam *Principum* quoq; immò *Primum*, *Pessimum*, *Potestatem*, *Praetorem* ac *Pontificem* significare circa finem *Libri* huj. scribit. Sed *Petro Diacono* in *Lib. de Notis Litterar.* col. 1519. Edition. *Gothofr.* idem est ac *Poenae*, *Pium* atq; *Publicum*. Quando verò cum R. ponitur ex *Dio-*  
medi




*mediis Grammatici mente Lib. 2. de Oration. col. 420. praedictae Edition. Putschianae idem est, ac Populus Romanus, quod etiam ex diversis Veter. Inscriptionib. non paucis observarunt.*

(Ψ) Nonnunquam & Genitivum Pluralem BONORUM notare idem Diaconus loc. cit. col. 1501. autor est.

(ω) Per HANC DUPLICATAM LITTERAM Papias in Glossario apud Putschium col. 1656. Manumissum; Diaconus verò col. 1516. (Putschius facit col. 1618.) & Probus col. 1522. (ap. Gotthofr. est col. 1467.) Milites intelligunt. Jcti Matrimonium.


 QVOD sit *barbarum, inconsuetum, ineptum, (αα) absurdum, HAC* NOTA insignire poteris. Porro Praeceptores praecipua Discipulorum aut *egregie facta, aut gravia peccata, quoque* EA NOTA possent in suis locis, quibus talium rationem complectuntur, brevibus consignare. Vide ISOCRATEM in *Helenae Encomiō.*

(αα) Leg. hōc locō, quae habet Pierius Lib. XLVII. Hierogl. c. 28. p. 598. num. D. Aliās *HAEC Graecorum LITTERA* neq; vox. (Βῆτα ἔτε Φωνή, ἔτε Ψόφθ, ἔτε τῶν πλειστων στοιχείων) neq; sonus, neque plurimorum elementorum est, uti apparet ex DiG. Platonis Theaeteto p. 147. num. E. Edition. Ficiniano-Marnianae Francof. Ad. 1602. in fol. maj. impressae.

 PERSPICILLUM (ββ) apponito alicui, si *attentione majore opus* fuisse *ironicè* insinuare velis, (γγ) L. Si quis *emtionis. C. de Praescrip. 30. vel 40. annorum.* Hoc enim & *veteres Leges* (si quis eas rectè inspexerit) sanciebant.

(ββ) Hoc non paucis etiam *othonarius memorialis Numerus* est.

(γγ) Vel juxta *Erasmo. Chiliad. I. Cent. II. Adag. LV. p. 100. col. b. talpā caeciosem* (τυφλόπερον ἀσπάλακον) aliquem esse indignabundus dicis.

 PUNCTA HAEC Duo *Ignorantiae, Emendationisve* NOTAE erunt. Ubi nimirum quid *non satis cognitum* est, si quid *scribendō peccatum, (δδ) aut omissum* videatur, si illa ascripseris, *erroris* monebunt, ut ita lectione pergas, quò vel aliae cujuscunque lectionis, aut hominis praesidiō locus notatus notior fiat. Collocabis EADEM PUNCTA in *Libri alicujus frontispicium, si quem* *denuò fortè recudendum, aut emendatiùs concinnatum* rescribere



decreveris. Festinabis ergò lentè, & ne quid (quod ajunt) praeter casam. (16)

(16) Sunt nonnulli, qui citius ex Ignorantiâ commissis ASINI AURICULAS, quæis omnibus omnino homines A. Persius Fl. Satyr. l. v. 121, insignitos praedicat, nonnunquam solent appingere.

(16) Citatur HOC PROVERBIUM ex Terent. Phorm. Act. V. Sc. II. v. 3. apud Erasmi. Chil. l. Cent. V. Ad. 1. g. III, p. 134. col. b.

→ D. JOACHIMO CAMERARIO, Rhetori Lipsiensi, in Plautinò Exemplari correctò, quod ante viginti tres annos Norinbergae typis mandatum est, significat de totâ veritate Dubitationem. (17)

(17) Alii per LITTERAM D. MAJUSCULAM dubiam esse Interpretationem indicant. Definitor a. Dubitatio (vel Addubitatio, Graecis Ἀπορία dicta) apud Rhetores, quod sit frequens nobiscum deliberatio, cum dubitare & nescire nos aliquid significamus, ut Psal. CXXXIX, 7. Quid ibo a Spiritu tuo? Et quid a facie tua fugiam?



ANCORA, quæ navim remoratur & alligat, sistitq; Tarditatem indicat; (vid. QUINTIL. Lib. XI. cap. 2.) DELPHINUS (18) verò, quò vix aliud animal celerius, aut impetu pernicio- re, Velocitatem exprimit, tempestivam Celeritatem scilicet, cum prudenti Tarditate rectè miscendam monens. OCTAVIUS CAESAR Proverbium inde mutuatus est. TITO VESPASIANO Insignium, sive Symbolorum (19) vice fuit, utriusq; moribus ingenioq; jure quadrans istud ΑΕΙ ΣΠΕΤΔΕ ΒΡΑΔΕΩΣ, id est, SEMPER FESTINA LENTE, denotat. Vide ERASMI Proverb. Festina lentè. (11) Idem volunt JULIANI jurisconsulti verba. L. Tutor, qui repertorium. §. 1. ff. de Admi. & Peri. tuto. Debuit enim partibus suis fungi, non quidem praecipiti festinatione, sed nec moratoriâ cunctatione. Psal. LV, 23. Facta in DEUM curam tuam, ipse sustentabit te, & non dabit perpetuam fluctuationem.



*nem justo. Aliàs hōc modō*



pingitur per *TRUNCUM*, qvi *Fortitudinis* est *Symbolum*, cum *SERPENTE*, (κκ) qvō significatur *PRUDENTIA*, id est, ne praeter necessitatem simus mutabiles contra consuetam doctrinam. L. Ratum, ff. de Solut. L. Quem enim ff. Rem rat. babe. §. 2. Hinc Versiculi:

*Si jungis, quae juncta vides, consultius aevum  
Transigis. Hic vitae terminus esto tuae.*

(ηη) Fuit & *ULTISSIS* Signum, seu *Symbolum*, quod sine omni dubiō *Monetis* quoq; insculpā iussit. Leg. *Thomae Resnessi*, Polyhistoris summi Nominis, Lib. II, Var. Lect. c. 2. p. 130.

(99) Habetur & ea species, qvā *DELPHINUS* *ANCORAE* se circumvolvitur, in *TITI VESPASIANI* Nummis. Immo & Insigne fuit *ALDI MANUTII*, uti in omnibus, quos divulgavit, Libris est videndum, Conf. Henr. Oelschlegelii Hieroglyph. XXXV. Litt. M. i. fac. b. Huc quoq; trahendum est, quod in Nummō quōdam aereō apud *MAFFAEOS* olim *Romae* inspiciendum erat, *BOS* nempe *HUMANA FACIE PERSONATUS*, supra quem *DELPHINUS* imminebat. Per *HUNC* enim *Celeritatem*; per *BOVEM* vero *Tarditatem* intelligimus, quae illius *Animalis* propria est. Actio autem colligitur ex *HUMANA FACIE*, quod hominum proprium imprimis sit res gerere.

(11) *Chiliad. II. Cent. I. Adag. I. p. 290. col. b.*

(κκ) Quid verō propriè *SERPENS* *DEPASCENS* *CAUDAM* denotet, docet nos *Pierius* Lib. XIV. Hierogl. c. 2. p. 166. num. B. Sed *SERPENS* hōc modō



*CIRCUMVOLUTUS* pariter, ac *Cauda Canis* sic



formata nothenarium Numerum, isq; memorialis, quibusdam Eruditorum est.


B 2

HAEC



**Z** HAEC LITTERA *Ασάφεια*, h. e. *Obscuritatem* (λλ) Epiphanio denotat.


(λλ) Exindè fortean, quòd AUGUSTUS *Caesar*, quoties per NOTAS scripsit, Z pro duplex AA ponere est solitus. *Simplici* enim B locò *simplicis* A, C pro B, ac deinceps eadem ratione sequentibus Litteris est usus, sicuti de eò narrat C. Severinus *Tranquill.* in *Ejus Vita* c. LXXXIX. Secundum *Diomedem* loc. cit. col. 421. HAEC LITTERA *SemiGo-* calis duplex *Graeca* est, & propter *Graeca*, vel *Barbara Nomina* solummodò admittitur, ut in vocibus *Zenon*, *Zacynthus*, *Mezentius*, *Gaza*, &c. pro quâ Veteres duabus s sunt usi. *Plato* dicit in *Cratylò* p. 292. num. E. quòd sit Littera vehementioris Spiritus, & per omnia maximè penetrans, non aliter ac Ζ, Φ, & Ψ.

 CONCHA (uu) haec, superioribus annis peregrinantium *Pileis* & *Palliis* affigi consveta, in vulgari nostrâ Lingvâ magnam cognationem cum Cognomine meò ( qui MUSLERUS vocor) habet. Quapropter eâ ego planè libenter pro Signò *Peregrinationis* cujusq; utor. Exemplum sit Locus ad EBRAEOS c. XIII, 14. *Non habemus hęc manentem civitatem*, &c. Adde & *Auten.* habita C. *Ne Filius pro Patre*, ubi ab IMPERATORE honos *Peregrinationi* habetur. β. 1608.

(uu) *Isidorus* Lib. XII. *Origin.* c. VI. col. 1131. lin. 7. seqq. CONCHAM & COCHLEAM idè sic vocatas tradit, quia, deficiente Lunâ, *evacuatur*, i. e. *evacuantur*. Omnium enim clausorum Maris animalium atq; CONCHARUM incrementò Lunae membra turgescunt, defectu evacuatur. Luna enim, *Physicis* scribentibus, cum in augmentò fuerit, *auget* humorem; cum verò in defectum venerit, humores minuuntur. Sed quòd CONCHA inter *obscena* & *verba* olim sit relata, ex *Lipsii* Lib. V. *Epistolarum* Quæst. Ep. III. Tom. I. p. 567. col. 1. num. C. discendum est.

N.L. More Majorum jurabit *Judex* N.L. id est, *Non lique-* re. (vv) L. POMPONIUS A. de *Re Jud.* GELLIUS Lib. XIV. N. A. c. 2. p. 142. *Edition. Cervicorniano-Colon.* ALCIAT. L. inter haec, de *Verborum Significatione*.

(vv) *Papias* in *Glossariò* apud *Putschium* col. 1635. HANC SIGNATURAM per To' *Non* Longè probè interpretatus est. Sed *Probo* ap. eund. *Putsch.* col. 1514. ap. *Gothofr.* verò 1463. idem, ac *Non Licet*, vel *Nominis Latini* est.

 Admiratiois (ΞΞ) NOTA à *Musiciis* sumta, qui non cò modò pingunt suas, sed si talem videant, *mirarentur*. Exemplum *admi-*



admirandi est: *O Vatum pretiosa quies, O gaudia!* (oo)

(ξξ) *HAEC* aequè, ac *Votum* atq; *Exclamatio*. Ἡκφώνησις Graecè dicta, punctum postulat, cui recta, sursum hunc in modum! imminet lineola.

(oo) Sic apud *Matthaeum* cap. XV, 28. *O Mulier, magna est fides tua!*

**Vocandi** *NOTA*. Sic enim *VIRGILIUS*: Lib. VII. *Aeneid.* v. 118.

*Continuò salve fatis mihi debita tellus!* (ππ)

(ππ) Ita & *Terentius* in *Andria* Act. II. Sc. I. v. 20. *O salve, Pamphile!*

**Sententiam** egregiam (εε) *HAC FIGURA* declarabis, ut *Juvenal.* Satyr. III. v. 164. seq.

*Haud facile emergunt; quorum Virtutibus obstat*

*Res angusta domi.* - - - - (σσ)

(εε) Est autem *SENTENTIA* dictum breve, quod aut *Praeceptum* de *Moribus*, aut *dictum* de *communis vitae cursu* continet, & sumitur vel à *Loco communi* quodam, vel à *Virtute*, *Prudentia* imprimis, & *similibus*. Pertinent autem ad *SENTENTIAM* (1.) *Leges*, (2.) *Proverbia* & (3.) *Chryae*, sive *Apophthegmata*, h. e. clarissimorum *Virorum dicta*, qualia sunt *SOLOMONIS*: Γνωθὶ σεαυτὸν, h. e. *Nosce teipsum*, *CLEOBULI*: Medium tenuere beati, atq; *CATONIS*: *Radices Virtutum amarae; fructus vero dulces*. Huc referendum *Rhetorum* *EPIPHONEMA*, quod est *exclamatio* ad rei narratae & explicatae finem adhibita.

(σσ) Sic *elegans* quoq; *SENTENTIA* est, quam *Hecuba* apud *Euripidem* in *Hecub.* Act. II. v. 66. hunc in modum profert:

Οὐδ' εὐτυχῆσθαι, εὖ δοκεῖν περιζῆν αἰεὶ,

h. e. *Gass.* *Siblinò* feliciter explicante,

*Nec, quibus secundae res sunt, perpetuò sic futuras fidere.*

Immo ex *Tripode* qd. dictum est *Dandamidis* illud ad *ALEXANDRUM Regem* apud *Palladium* de *Gentib. Indiae & Bragmanib.* p. 41. Μακάριός ᾤην ὁ μηδενὸς τῶν περὶ αὐτὸν θεόμνητος, δόξης ᾗ κηδόμνητος τῷ Δεσπότῃ τῶν ἀπάντων. Τὸν γὰρ βασιλόμνητον πᾶσι δέεσθαι, καὶ δῆλον εἶναι πάντων, h. e. *Beatus est, qui nullā re superflua indigens gloriam curat illius, qui omnium est Dominus. Oportet enim eum, qui omnibus placere vult, omnibus servum esse.*

**Adagium** a. *INVERSO* notabis. Ut, *NE QUID NIMIS.* (ττ)

(ττ) Quod citat *Erasmus* Chil. I. Cent. VI. Adag. XCVI, p. 190. col. b. ex *Terent. Andr.* Act. I. Sc. I. v. 34.

**Appositio** (υυ) cum in modum signari potest. *TIBULLUS* Lib. III. *Eleg.* VI. v. 7.



*Ite procul curae, durum genus, ite labores.*

(VV) Non quae ad Grammaticam; sed potius ad Rhetoricam spectat, & ad Anaphoram, uti ex adjuncto Tibulli patet Versiculò, imprimis referenda est.

**C**ujusq; speciei Synecdoche (ΦΦ) HAC SIGNATURA notanda est, ut, *Omnis caro* (XX) *foenum*, JESAI. XL, 6.

(ΦΦ) Haec VOX Comprehensionem, sive Animi Conceptionem atq; Intellectionem propriè significat, quia comprehensione, sive appellatione PARTIS intelligitur TOTUM, vel appellatione TOTIUS PARS tantùm comprehenditur, sive intelligitur.

(XX) h. e. Omnis homo, per Synecd. partis pro toto.

**2** NOTA Interrogationis (ΨΨ) est. Ut, *Cur fles?*

+ (ΨΨ) Ea utuntur Rhetores ad magis asseverandum, aut urgendum; aut indignationem, admirationem, aliosve affectus exprimendos, idque imprimis in rebus vel manifestis, vel jam demonstratis. Sic Pamphilus apud Terent. in Andr. Act. I. Sc. V. v. 1. de Patre suo Simone ad Myrin ancillam loquens:

*Hocine est humanum factum, aut inceptum?* - -

Et J. Juvenalis Satyr. III. v. 161.

- - - *Quis pauper scribitur Haeres.*

Immo & Persius Satyr. V. v. 125.

*An Dominum ignoras, nisi quem vindicta relaxat?*

**(** SIGNUM Parentheos (ωω) sunt duæ quasi Lunulae (ααα) se ipsas respicientes.

(ωω) Usurpatur autem ea, quando declarandi causâ aliquid inferendum judicamus,

(ααα) Aliis dicuntur Semicirculi.

**R**ecipe MEDICIS est. Aliis Regulam, vel Responsum significat. (βββ)

(βββ) Apud JCTos & Rem. & Rationem denotat, sicuti videre est apud Putschium in eorund. Notis col. 1682. Quando verò HAEC LITTERA absolute ponitur, tunc à P. Diaconò col. 1522. (Putschio est col. 1631.) *Te* Roma, vel Romanum, vel Romanorum, vel Rex, vel Regulus, vel Regnum appellatione optimè insignitur.

**D**isputationibus tuis singulis, (γγγ) TALE addere potes (δδδ) per Numeros, quibus easdem probè distingves, (εεε)

(γγγ) Iisq; diligenter fortè collectis,

(δδδ) (Extrinsècus nempe)

(εεε) Indè conjiciendum est, MUSLERUM quoq; in simili re HAC SIGNATURA usum esse.

*Aurei*



⊙ *Aurei Globuli, sive Pillulae, ut Contarenus in VENETORUM Republicâ fol. XXXIV. eos nominavit, HOC SIGNO (☿) indigitantur. Vulgò dicuntur Balottae, sive Globuli.*

(☿) *SINENSES per IDEM SIGNUM, tanquam Figuram propriam, AEGYPTIORUM more SOLEM quondam aptissime expresserunt, sicuti per hocce*



*MONTEM, quemadmodum legendum est apud Ampliiff Dn. D. Balt. Frider. Salzmannum, Virum verè pium ac solidè eruditum, Amicum nostrum veterem Academicum, Disp. V. de Descriptionis antiquae Varietate, §. 20. Litt. N. 2. fac. b. Edition. Lips.*

⊙ (ηηη) *Argentei & aurei mihi visi sunt VENETIIS, singulis Litterarum Notis (999) insignes, in aliquot centenorum Virorum Senatu, quandò creari solet Magistratus aliquis. Item cùm accusantur, aut absolvuntur Rei. (ιιι)*

(ηηη) *HAEC SIGNATURA Numerus si additur, auget eos; Sin verò absolute ponitur, nihil valet. ASINUM ob ignaviam, seu tarditatem fortean, nonnunquam designari ea, hocq; modò indicari, eum omninò nullius esse pretii, ex Fludi Tom. I. de Macrocosmi Historia Tract. II. Part. I. Lib. I. c. 10. p. 40. docemur. Ideoq; Aristophanes si hominem tardum appositè est delineaturus, in Ορνίθ. v. 1329. non incommode utitur his verbis:*

*Πάυ-βροδύς τις ἦν, ὡς ἐρ' οὐδ',*

*hoc est, Andream Divò interprete,*

*Valde-tardus quidam est, tanquam ASINUS.*

*Portam olim ex HAC NOTA, duobus Characteribus hisce*




*ingeniosè adhibitis, Variâq; flexurâ additâ, ALPHABETUM QUODDAM feliciter confecisse, Gustavus Selenius, Principum ac Ducum illustrissimus, Lib. VI. Cryptographiae. c. 6. p. 191. testatur.*

(999) *Et HAE NOTAE non sine singulari multarum rerum significatione apud Antiquos erant impressae, & inde dictae SYMBOLA.*

(ιιι) *Notandum autem, quòd ejusmodi GLOBULI antiquitus in urnam sint missi, dupliciq; coloris fuerint. Nam si damnabant ACCUSATOS, nigro; sin verò absoluebant EOS, albo colore erant insigniti. Indè natum GRAECORUM illud Proverbium: Ἀδύλω ψῆφον μετ' εἰναι, h. e. Album CALCULUM addere, quod secundum Erasmus Chil. I. Cent. V. Adag. L'II. p. 149. col. a. idem est, ac approbare. Dicuntur a. HI GLOBULI Calculi ideo, quòd leves sint & rotundi, quemadmodum scribit Isidorus Lib. XIX. Origine*



*Origin.* c. 62. col. 1282. lin. 36. *Edition.* Gorch. Aliàs vocantur *TESSERAE*, per quas intelliguntur quoque; *Tabellae illae lignae*, quibus nomen *PACIS & BELLI* apud ROMANOS olim erat inscriptum. Vid. *Adr. Turnebi Lib. XXX. Adversar. c. 35. col. 1195.* In *TESSERARUM* formam si inqvis, eae, quas spargebant *CAESARES*, in modum *GLOBULORUM*, (*Σφαίρων*) sive *PILLULARUM* erant; caeterae, eaeque imprimis, quorum usus in *LUDIS* (de quibus denuò legendus est *Turnebus Lib. XXVII. ad c. 3. col. 1007. & Lib. IX. c. 23. col. 291.*) erant, & quibus Rustici *FRUMENTORUM NUMERUM* designabant, ex omnibus partibus *QVADRAE*, & à primâ figurâ prorsus recedentes.

 *Plumbata*, (*κκκ*) quam *ARISTOTELES* super pelvim manu tenuit, quâque; per somnum elapsâ, ad studium excitabatur. Pro eò Signo *CICONIAE* (*λλλ*) in excubiis suis *Lapide* uti solent. Tu appingito illi loco, in quò singulari diligentia opus esse significare vis.

(*κκκ*) Sic *Tesseræ frumentariae*, de quibus jam est dictum, non solum ex ligno, sed etiam ex plumbō erant, uti testatur *Lipsius Lib. I. Elector. c. 8. p. 596. col. 1. num. A.*

(*λλλ*) Non *CICONIAE*, sed *GRUES* potius, *C. Plinio Sec. scribente, Lib. X. Hist. Nat. c. 23. Tom. I. p. 461. Edition. Dalechamp.* quandò habent excubias, lapidum pede sustinent, uti ex antiquissimis Illustrissimorum *COMITUM RUTHENOR.* à *PLAVIA*, ut & Nobilissimi *GREGORII KLEPPISII*, aliorumque plurium Insignibus est videre. Vid. quae ad *Verf. CCCCXIX. Ορνιθογυμνλίσ Theophili Pistoris* à nobis olim scripta sunt.

**P** *Principium* aliquandò significat, ut suprâ (*μμμ*) *Personam* denotabat.


(*μμμ*) Ubi plura de *LITTERA HACCE Notulâ x* notavimus.

**M** (*vvv*) *Medium*.

(*vvv*) Aliàs, referente *Diomede Lib. II. de Oration. col. 419.* *NOTA* est *Praenominis*, & cum sola scripta, *Marcum*, vel, ut *Probus* autor est, loc. cit. col. 1520. (*Gorch.* facie 1464.) *Mutuum*, *Mulierem*, *Militem* atque *Monumentum*; adjectâ verò ad posterioris

lineae extremitatem virgulâ, *Malleum* significat. Quandò verò ita



est formatum, *Ciceroni* *MODUM* denotat. Sed hoc modò  in versum *Hieroglyphicum MUNDI* est, & refert illud *Germanicum Welt* uti patet ex suprâ laudati *Seleni Lib. VII. Cryptogr. c. 8. p. 370.* Si autem annumeratur *Numeris*, *MILLE* Romanis significat, cujus Inventor creditur esse *Ennius* ap. *Isidorum Lib. I. Origin. c. 10. col. 836.* Hunc Numerum propter unitatem, sive simplicem, sive compositam, sicuti componitur in 10, 100, & 1000. qui est millenarius, *VIRGINITATIS*; dualitatem autem, (juxta illud *Ephes. V, 31. Erunt duo in carne una*) sive simplicem, sive compositam, quemadmodum componitur in 20, & 200, *MATRIMONII* esse Symbolum, ex doctissimo *Cornel. à Lap. Comment. in VERS. XII. c. VIII. Cant. Cantico. p. 353, utraq; col. discendum est.*

Finis



**F** (ξξξ) *Finis.*

(ξξξ) HAC LITTERA in *Papiae Glossario* apud *Putsch.* col. 1646. *Familia*; ap. *Probum* verò col. 1507. (*Gothofredo* est col. 1458.) verbum *Fecit* non solum, sed & *Filius*, vel *Filia*, it. *Fundus*, *Fulvius* atq; *Februarius* optimè indicatur. Sed quando hoc modò  $\mathbb{F}$  invertitur, *Digamma* est *Aeolicum*, & idem valet, ac *V*, ut in vocib. *Sergus*, *Gulvus*, &c. pro *Servus*, *Vulgus*.

In *Libellò ἀδήλω* inscriptò, von neuen Zeitung vom Teufel/His  
**TRIBUS CIFERARUM** 8.

9.

10.

NOTIS *Status tres hominum*, RUSTICORUM nempe, CIVIUM atqve  
 NOBILIUM indicantur. (ooo)

(ooo) Cur autem illud factum sit, diligenter rimandò penetrare non potuimus.

**c. Capitulum** notat in *Jure Pontificiò*. (πππ)

(πππ) Nos statuimus, unumquodq; caput ex q̄ovis *Librò*, qvi *L. majusculò* plerumq; est citandus, hõcce *c. minusculò* propriè allegandum esse.

**C. Codex** est in *Caesareò*. (εεε)

(εεε) Alioquin non solum *SIGNATURA Numeri* est, cum *Centum* significat, sed etiam *Præsomni*, cum sola *Cajum*, vel, si (testante *Diaconò* ap. *Gothofr.* col. 1502. ap. *Putsch.* v. col. 1583.) hoc modò  $\mathbb{C}$  est inversa, *Cajum*, per quam *Velius Longus* *Lib. de Orthograph.* col. 1218. *Edition. Putsch.* q̄amvis *Mulierem* *Priscorum* more generaliter est intelleturus, denotat.

**ff. Pandectae** ita hodiè signantur. (σσσ)

(σσσ) HUIUS SIGNATURAE Originem illustris *Casspar Barthius* ex votò nobis aperit, quando *Lib. II. Adversar. cap. 17. col. 87.* hunc in modum insit: Ego *Barbariae Sane* tionem nullam plerumq; vel tam absurdam esse rationem puto, ut in ea ipsamet inq̄uenda absurdissimè haberi meritò q̄eamus. Si q̄a verò omninò sententia dicenda sit, ejus esse opinionis *ME* dicam, *PP* veteris *Romanae Scripturae*, q̄o geminatio *Numerus* dualitatis in vocabulò *PANDECTARUM* significabatur olim, primùm minoribus *pp* scriptum esse. Deindè contraxisse in alterum illum Characterem, q̄o ductu facilior sit & minus laboriosus.

**fi** (τττ) Id est, *finale*.

(τττ) Typographi vel *ROSAE*, vel *TRIFOLII*, vel *GLANDIS* figurâ, vel aliâ formâ commodâ, cui illorum insignia nonnunquam sunt insculpta, *LIBRI* cujusdam *FINEM* per saepe designare solent. Sed Eruditi potissimum utuntur *Graecorum* **HISCE LITTERIS**

C

TERIS



TERIS Δ. T. Θ. M. h. e. Δόξα τῷ Θεῷ Μόνῳ, quas Latini hunc in modum exprimunt: S. D. G. h. e. Soli DEO Gloria.

Mod. Id est, *Moderni Doctores.* (uuu)

(uuu) Hos à Viris limatioris judicii HAC NOTA MD. quondam designatos esse, in diversis JCTorum Libris, qui accuratè diligenterq; perlecti sunt, plus simplici vice videndum est.

**S** Id est, *Supra.* } Ne fortè aliquandò accidat, ut quis *sae-*  
**I** Id est, *Infrà.* }

**I** pius allegatum *SUPRA & INFRÀ* Autores ad Bibliopolas emtum eat. Id quod quondam cuidam accidisse, memoriae proditum est. (ΦΦΦ) Non multò prudentior istò Mercatore, qui Autorum bonorum monumenta ad pondus cōmodò, quò carnes divendi solent, distraxit.

(ΦΦΦ) Jo. Petrus Lotichius, Medicus, Historicus ac Poëta haud incelebris, cum A.D. CHR. M. DC. LXIIX. die XXIIIX. Aug. *Francfurti* ad Moenum modestè eum inviserem, pro certò mihi retulit, cultorem *Aesculapii* quendam olim *Marpurgi* vixisse, qui, cum aliquandò in Libro quòdam medicò vocem MANUSCRIPTORUM per *abbreviaturam* hòc modò MSCTor. excusam vidisset, ad jam laudatum *Lotichium* sine omni jocò atq; risu dixerit: *Hunc autorem omnium fortè esse celeberrimum, quòd nomen illius verè sit ineffabile.* SIC MULTI ERUDITORUM SIMPLICITATIS GLADIO AMICTI NONNUNQUAM SOLENT INCEDERE!

○ *Actis Juridicis legendis Interrogatoriis & Articulis singulis testimonium pronunciatis, excutiendis.* (xxx) Si negentur, addes O. (ψψψ) *negativum*, si probentur, B. id est, *Benè.* DOCTOR SCHRADINUS, egregius in Jure practicus, *Norinbergae* mihi in suis *Actis* monstrabat.

(xxx) Subintellige: *est addendum.*

(ψψψ) Quod alioquin per N à multis adhuc exprimitur.



*Contrarii*, ubi testes, quasi Duos CLAVOS, contra se ipsos (www) opponimus.

Indè



(www) Indè dicimus, CLAVUM CLAVO PELLERE, quod *Erasmo Chiliad. I. Cent. II. Adag. IV. p. 53. col. a.* idem est, ac *Malum malò depellere*. Alioquin CLAVUS, *trabalis* imprimis, quò *Trabes* solemus configere, convenientissimum *Colligationis, Applicationisq;* immò & *Unionis SYMBOLUM* est, DEAEq; NECESSITATI etiam tribuitur, quò omnia figat, firmetq; & retineat. Leg. *Piersi Lib. XLIX. Hierogl. c. 54. p. 614. num. B. seq. & Turnebi Lib. IX. Adc. c. 14. col. 280. lin. 38. seqq.* Sed quandò scribit *Pacuvius in Periboeà p. 250. Edition. Roberti Stephani:*

*Non potest Menalippe heic sine tuâ operâ exanclari (h. e. tolerari secundum NONIUM) CLAVOS,*

de CLAVO *Vestimenti* hoc intelligendum est, quem sine ejus operâ negat perfici & absolvi posse. Et videri potest heic per translationem pro negotiò accipi, hòc sensus. Haec res, nisi operam addis tuam, & adjuvas, perfici non potest. Notandum autem, quòd *Vestimenti CLAVUS* apud ROMANOS duplicis fuerit generis, LATUS nempe & ANGUSTUS. HIC *Equëstris*; ILLE verò *Ordinis Senatorii* erat, ut denuò testatur *Turnebus Lib. XII. Adc. c. 6. col. 383. lin. 15. seqq.* Sic Corpora CRUCIFIGENDORUM quaternis CLAVIS olim esse affixa, ex *Lipsii Lib. I. Elector. c. 18. Tom. I. p. 608. col. 1. num. A.* docemur.

All. Cùm allego aliquid præter verba Textus, (aaaa)

(aaaa) Allegandi MODUS hicce per HANC SIGNATURAM SG. Q. quæ per 70 *Singulare* Quoddam est exprimenda, à multis *Polyhistorum* adhuc nobis ostenditur.

Id est, *Communis opinio doctorum*, (ββββ) quâ nihil gratius *Juris peritis* in dubiis potest inveniri. Bonum Verbum subinde vocant, quò nimirum quieti redduntur, aliàs in varios opinionum Macandros distracti.

(ββββ) Hanc tantummodò per C. expressam vidimus saepissimè.

III Topica mea. π. β. id est, Topica crassiora. (γγγγ) NOTANDI Ars à me repræsentatur, quam vobis jam trado.

(γγγγ) Nos putamus, Autorem per CRASSIORA TOPICA voluisse intelligere Locos illos Communes, quos raptim & sine omni studio ita collegit, ut saltem Autores, qui hoc, vel illud describere, brevissimis citaverit.

λγ. (δδδδ) Opus ex LUTHERI viventis vivâ voce meis digitis collectum.

(δδδδ) *Muslerum* Lingvâ Graecâ planè fermè rudem fuisse, indè colligendum est, quia SIGNATURAM HANCCE per 7, & non per 9, (idem ac th valens) signavit.

ωε. Locus ordinarius, (εεεε) ubi omnes Doctores Juris ex professò tractant eandem materiam.

C 2

Hunc



(8888) Hunc per duas has Litteras L. C, quae Locum Communem significant, à multis expressum quoq; vidimus.

**A. BULGARO Glossatori Actionem (ΣΣΣΣ) significat.**

(ΣΣΣΣ) Grammaticis idem est, ac Ajunt, Affolet, Aut, Aliquando, Ager, Aulus & Augustus. Sed apud Jctos Augustalis voce apprimè designatur. Est autem HAEC LITTERA A. hâc de causâ prima, quod suapte naturâ ex imò barathri, nullius, veluti reliquae, instrumenti indiga, utputa Linguae, Dentium, aut Labiorum, libera pronuntiatur, primâq; in infantibus (Masculis praesertim; Foemellae enim sapientè E ingeminant, quae prima Littera EVAE est, sicuti prior ADAE, hâc modò quasi primorum Parentum lapsum, indeq; suam ruinam salissimè deplorantes. Conf. Cornel. à Lap. Comment. ad Vers. IX. c. XXIX. Matth. p. 564. col. I. num. A.) articulata dignoscitur, quamvis Barthio Lib. XXXIII. Advers. c. 20. col. 1540. omninò lallans LITTERA sit. Reperta & HAEC LITTERA est à Prometheo inter eas, quae in JOVIS pyxide aliquandiu, antequam genus hominum in terris extaret, Parcarum manu erant consignatae, ut refert post alios Hesius, nobilissima illa ingeniorum subtiliorum gloria, in ASINI Laude p. 58. Edition. Elzeviriano-Lugd.

**E. (ηηηη) Exceptionem,**

(ηηηη) HAEC LITTERA à Probò col. 1506. (Gothofredo est col. 1457.) & Papiâ in Glossariò col. 1646. Edition. Putsch. per τὸ ΕΞ exprimitur. Sed quandò J. hâc modò J. E. ei praepositur, idem, ac JUDEX ESTO, significat. Vid. Isidori Lib. I. Origin. c. 22. col. 836.

**○ (9999) Officium Judicis.**

(9999) Aliàs idem valet, ac Optimo, vel Oportet. Sic in antiquâ Scripturâ frequenter pro U ponitur, & contrâ U, pro O, quemadmodum ex probae monetae Autoribus probè observavit doctissimus Petrus Victorius Lib. XXXIII. Var. Lect. c. 9. p. 155. Edition. Juntano-Florentinae. Notandum autem, quod unius aliquandò Litterae pro alterâ positio in veteribus Scriptoribus non parvum incommodum faciat. Ideoq; opus est, valde diligentes esse in delendis maculis ex ejusmodi Autoribus, & in quibus rebus labi soliti sint imperiti Librarii, cognitum habere.

**2 h. e. Consiliorum meorum Liber. (III)**

(III) Duo CONSILIORUM Volumina MSct. à celeberrimò superioris seculi Jctò quòdam hâc modò

CSLOR. VOL.

signata jampridem Gissae vidimus.

ἄρρ. Id est, ἄρρητα, (κκκκ) non dicenda. Talis est Liber, quem Mercatores vocant Das Geheimnis-Buch. ALCIATUS praeterea in L. 2. de Verbor. Signif. Extat (inquit) etiam Graecè similis argumenti Distichon:

ΕΞ



Εξ ὧρα μόχοις ἰκανώταται· αἱ δὲ μετ' αὐτὰς  
Γεφύμασι, δεικνύμεναι ΖΗΘΙ λέγεται βεγτοῖς.


Hoc est,

*In sextam labor usq; horam. Nam quae inde notantur  
Litterulis, vitae commoda habere jubent.*

Cujus Epigrammatis ratio est, quoniam *septima Hora* per Graecorum  $\zeta$  significatur, sicut *octava* per  $\eta$ . *nona* per  $\theta$ . ( $\lambda\lambda\lambda$ ) *decima* per  $\iota$ . Quae Litterae conjunctae  $\zeta\eta\theta\iota$  conficiunt, quod est, *vesci, ut vivas*.

( $\kappa\kappa\kappa$ ) Sic PAULUM Apostolum in tertio Coelo, quod raptus à DEO, τὰ Πῦματὰ ἄρρητα, hoc est, Verba ineffabilia, etiam audivisse, ille ipse testatur II. ad Cor. XII, 4.


( $\lambda\lambda\lambda$ ) HAEC LITTERA refertur inter eas, quae Veteres olim, Paschaliē teste, Lib. VIII. Coron. c. 13. p. 556. in Designationibus utebantur.

 LONGO SCAMNO ( $\mu\mu\mu$ ) signabis negotium, quod mole-

ste protenditur. Nostri Germani Proverbiō dicunt :  
Auf die lange Bank schieben. Aliās : In die lange Thru-  
en legen. Vide GELLIUM Lib. XII. N. A. c. 7. Sic quidam apud  
nos relegatus est centum annis & unō. CICERO in Epist. ad Att.  
POMPEJUS dixit, rem inter longa SUBSELLIA, ( $\nu\nu\nu$ ) venire.

( $\mu\mu\mu$ ) SCAMNA Confessum concionis olim significasse, illiçq; multas sedes, multaçq; subsellia fuisse ex Turnebi Lib. IV. Advers. c. 7. col. 425. lin. 54. seqq. est discendum. Unde loquendi Formula : Homo primi SUBSELLII, i. e. multae auctoritatis ; cum contra homo tmi SUBSELLII è plebe quendam denotat. A SCAMNO dici SCAMMELLUM, Priscianus Grammaticus, Caesariensis, autor est Lib. III. c. 3. p. 37. Edition. Cervicorniano-Coloniens. in fol.

( $\nu\nu\nu$ ) De HORUM Εἶναι vid. Isidorus Lib. XX. Origin. c. 11. col. 1323. lin. 15. seqq.

 Breve nimis, si sit exemplum à Musicis, ( $\xi\xi\xi$ ) qui brevissima, quorum sedecim in unum mensurae tactum veniunt, ita pingunt. LUTHERUS in piis ad DEUM precationibus Orationis Notam & Figuram quadrantem ex oppositō scribi iussit. EPIPHANIUS τῶν μετὰ τὴν ἑξήκοντα ὑπομετρῶν subsequētia pinxit:



(ΞΞΞΞ) Sed Vitae nostrae brevis per FLOREM ac per UMBRAM Job. XIV, 2. aptissime depingitur. Conf. Jesai. XL, 6.

U Relectio Judaeorum. (0000)

(0000) Hanc per *Septem* quoddam *fractum* etiam denotari posse, omnino est credibile.

E (ππππ) Ethnon.

(ππππ) HAEC Graecorum LITTERA aequè, ac Θ, ex iis est, quarum usus apud antiquos erat in Divinationibus, uti testatur *Paschalis* loc. ad Not. ΑΛΛΑ, cit.

K (εεεε) κλίσις, Vocatio Gentium.

(εεεε) HANC LITTERAM *Salvius* Magister primus Romanus adjecit, ut in *fontibus* *Litterarum*, H. & Q, quae ideò *supervacuae* dicuntur, quòd, exceptis *Kalendis*, *superfluae* videantur, discretionem faceret. Vid. *Petr. Diaconi* Praefatio ad CONRADUM I. Imp. Rom. scripta, & *Libro*, quem de *Notis Litterar.* adornavit, praefixa, col. 1581. (in *Editione Gotofr.* col. 1498.)

Σ Promissiones terrenae. (σσσσ)

(σσσσ) Harum *Signaturam* etiam CORNUCOPIAE esse, doctiores observarunt saepe.

Z (ττττ) Obscuritas est, id est, Ἀσάφεια. De qua supra quoque relatum est.

(ττττ) HOC SIGNUM videtur mutilum Z Latinum esse.

X Id est, nota bene. (υυυυ)

(υυυυ) Quod alioquin Signo hoc notissimo NB. exprimitur.

⊕ Cùm disceptaretur in hac Academiâ à Rectore & Consiliariis, quibusnam NOTIS ii Pueri, qui nomina sua Universitati darent, nec tamen per aetatem pro more *Jusjurandum* praestare possent, consignari deberent, autor fui ego, ut ad illorum nomina in Albô Studiosorum, quod *Matriculam* vocant, Hoc SIGNUM apponeretur, (φφφφ) ne novô super eâ re librô opus esset. Quia ubi multi libri, magna est confusio. Δ. 793.

(φφφφ) Et quidem nequaquam incommode. Videtur enim *detornatus Globulus* esse, quòd *Pueri* solent ludere.

Pro-





*Proprietas, seu Possessio, id est, PEDUM POSITIO. MOSES Lib. V. cap. XI. v. 24. Omnia vestra, quae PES contingit ve-*  
*ster. (XXXX)*

(XXXX) PONERE enim PEDEM aurei seculi Scriptoribus occupare significat. JCTis est *Fundamentum jacere. Sed PEDEM SUPRA PEDEM STATUIERE, Oris atq; Quæstus Nota est. Ideoq; hic gestus in aliquot Sepulcrorum imaginibus, apud nos quoq; videre est. Sic STANTES PEDES Plal. CXXII, 2. Mentis atq; Fidei stabilitatem hieroglyphicè indicant.*

*χείρ. Mihi Saccum significat, in quò præcipuorum Virorum Chirographa varia asservo. (ψψψψ)*

(ψψψψ) Artemidoro apud Pierium Lib. XXXV. Hierogl. c. 2. p. 422. num. B. MANUS Artes hæc de causâ denotat, quod EARUM operâ Artes exerceantur.

*Γορδ. Id est, Theca, in quâ sunt Gorderbrief / h. e. Litterae commendatoriae. (ωωωω)*

(ωωωω) Harum virtute atqve beneficiò nonnunquam Mopsus splendidissima DEORUM mortalium Penetrantia feliciter non solum intrare, sed & eorum Concilio, ceu Umbræ, interesse potest.

*ρ (ααααα) Famosa, si quæ apparent, & defensoria earundem.*

(ααααα) P autem Majusculum Jesuitæ à Lapide Commentar. in Vers. XVI. cap. XIII. Apocal. p. 221. col. 2. num. C. Ρόδον, h. e. Rosam, & per Metaphoram Voluptatem quoque designat.

*Ψ Usurarios & Foeneratores TRIPLICI FURCA (βββββ) notabat eximius Jurisperitus D. VVERNERUS Patavii, mihi amicus singularis. Arbitror eqvidem, quid tale monuisse illum, quæle SAMUELIS Lib. I. cap. II. v. 12. seqq. superioribus die-*

*bus nobis prudentibus in hęc Majori Collegiò nostrâ Lingvâ legebatur: Porro filii Eli, filii Belial, nescientes Dominum, neq; officium Sacerdotum ad populum, sed quicumq; immolâisset victima, veniebat puer Sacerdotis, dùm coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu suâ, & mittebat eam in lebetem, vel in Caldariam, aut in ollam, sive in cacabum, & omne, quod leva-*



“levabat fuscinulâ, tollebat Sacerdos sibi. Sic faciebat universo  
 “ISRAELI, venientium in SILO, etiam antequam adolerent adipem,  
 “veniebat puer Sacerdotis, & dicebat immolanti: Da mihi car-  
 “nem, ut coquam Sacerdoti. Non enim accipiam à te carnem co-  
 “ctam, sed crudam. Dicebatq; illi immolans: Incendatur primum  
 “juxta morem hodiè adeps, & tolle tibi, quantumcunq; desiderat  
 “anima tua. Qui respondens aiebat ei: Nequaquam. Nunc e-  
 “nim dabis, alioqui tollam vi. Aliàs D. LUTHERUS per TALE SI-  
 GNUM notata vocat Xips / Xaps / alles in meinen Saß / ein ander  
 habe was er mag. Mihi Advocato Norinbergae cliens quilibet  
 fuit, nomine Sûlsaf / cujus veriloquium avaritiam signatam de-  
 notat.

(ppppp) Et quidem non sine singulari ratione. Erat enim ILLA, inferioris aevi inventum  
 quippe, Furibus suspendendis, quibus Foeneratores atq; Usurarii omninò sunt assimiles,  
 propriè dicata. Leg. Lipsii Lib. III. de Cruce c. 7. Tom. II. Op. p. 787. col. 1. num. A.  
 Sed FURCA DUPLEX binarius Numerus, isq; memorialis, est, sicuti apparet ex Flude  
 Tom. I. de Macrocosmi Historiâ Tract. II. Part. I. Lib. I. c. 10. p. 39.

**D** Dele. Exemplum: BARTOLUS allegat Legem. Addita est  
 vox non addenda. Mibi, ut & Typographis significat, ut  
 cautus deleas, ne saepiùs erres. Doctus enim quoq; Doctor  
 per horam, aut ultra, Legem tali errore falsus invenire non po-  
 test. Ut in L. licet de L. I. Oppositio. 3. BARTOL. meus in 3. Oppos.  
 de L. sub Condit. de haered. Instit. Aliqvandò idem est, ac De-  
 dit, (yyyyy) ut in D. BONAVENTURAE CAMITIANI calculò, quò ho-  
 noraria signavit nobis data esse, & indicavit.


(yyyyy) Hoc per duplex dd minusculum, duabus lineis per illius apices ductis, aliàs ex-  
 primitur.

**P** (ddddd) Pandectas D. TAURELLO, sed eorundem Interpreti,  
 FLORENTINO, secundo P. id est, Pontificem denotat. Item Pes-  
 simum,




*simum, & Primum, & Praetorem, & Potestatem. Sic Patavii*  
 MARCUS CONTARENUS P. id est, *Praetor.* LAURENTIUS PRIOLIS C.  
 id est, *Capitaneus.*

(ddddd) Conf. de HAC LITTERA, quae *suprà* ad Not. X. notata sunt. Sciendum autem, quòd prisci homines, quùm LITTERA P nondùm esset inventa, *hujus* vim atq; virtutem per Litteram D tali modò expresserint, ut pro Penates DENATES intrepidè dixerint, quemadmodùm colligere est ex Dionys. Halicarnassèi Lib. I. Rom. Antiq. c. 7. p. 77. Edition. Stoërianae in form. 12m. Sic Sermo Ebraicus HANC LITTERAM quoq; non habet, sed pro EA  $\Phi$  Graecorum utitur, uti apparet in voce *Philistina*, pro qua Latini PALAESTINA. Vid. Jo. Lorini Comment. in Vers. I. Psal. LV. Tom. II. p. 55. col. 1. num. A.

 GEORGIUS HALOANDER in ff. Praefatione, fol. 2. ita ait: *ubi verba MODESTINI Graeca deesse notantur quidem, sed non ascribuntur. Quâ in re tamen, ne quis vel fidem, vel diligentiam meam requirat, quicquid ejus erat, ita SIGNIS distinxì, ut sine negotiò cognosci possit, quae Latine, quae rursus Graecè scripta initiò fuerint, dùm quae Graeca esse debent, CONGEMINATAM CRUCEM (eeeeee) prae se ferunt, Latina TRIFOLIUM. (ssssss)*

(eeeeee) CRUX autem SIMPLEX Signaturam hujus Libri primam facit.

(ssssss) Utrumq; Schema, uti est videndum, *suprà* est appositum. Aliàs de TRIFOLIO vid. quae ad Not. 777. brevissimis notavimus.

 (nnnnn) Id est, ET CAETERA, de Signis & Abbreviationibus aut usurpandis, aut omittendis Locus EJUSDEM NOTAE ordinarius, apud D. D. in Jure, BARTOL. in l. Gallus. §. item credendum. ff. de Lib. & Posthum.

(nnnnn) Usurpatur & HOC SIGNUM in Narrationibus, quandò videlicet notissima spontè omittimus, vel arcana palàm facere nolumus.



D

LIT-



# LITTERARUM NOTAE,

Quae per duodecim Libros CODICIS, vel in CONSTITUTIONUM Inscriptionibus, vel TEMPORUM Denotationibus hinc visuntur, ne cui fortè caliginem objiciant, ad hunc modum legi debent.

A.	Augustus.	correct.	correctori.
AA.	Augusti.	D.	Data, vel Dicta.
A & c.	Augustus & Caesar.	Dat.	Data.
AA & cc.	Augusti & Caesares.	D. S.	Data subscripta.
Accep.	Accepta.	D. PP.	Data proposita.
C.	Caesar, vel Clarissim⁹.	DN.	Dno, vel Dno nostro.
CC.	Caesares, v. Clarissimi	Dix.	Dixerunt.
CC. Coss.	Clarissimis Consulib⁹	Emiss.	Emissa.
Caes.	Caesar.	Fl.	Flavius.
Caess.	Caesaribus.	G.	Gesta.
Civitat.	Civitatis.	Gen. PP.	Gennadio Praefecto
Cl. Caes.	Clarissimus Caesar.		Praetorio.
Com.	Comes.	Id.	Idus, vel Idibus.
Com. R. P. vel	Comes Rerū privatar.	Imp.	Imperator.
rer. priv.		Impp.	Imperatores.
Com. S. L. vel	Comes sacrar. Largi-	In for. Tr.	In forō Trajani.
sacr. Larg.	tionum.	IV.	Quarto.
Cof.	Consule.	Kal.	Kalendas.
Coss. vel cons.	Consulibus.	L. Jul.	Legem Juliani.
Conf.	consularis.	Lect.	Lecta, scapud Acta.
const. vel	} constantinopoli.	Mag.	Magistro.
c. P. vel		Magist. mil.	Magistro Militum.
const. P. vel		Mag. off.	Magistro Officiorum.
constantinop.			N. No-



N.	Nobilissimo.	Pr. vel prid.	ptidiè.
N. caef.	Nobiliss. caefare.	prop. vel	Proposita.
NN. caeff.	Nobilissimis caefarib.	propst. vel	
Non.	Nonas, vel Nonis.	propof.	
N.P. vel Nob.P.	Nobili, vel Nobilissimo Puero.	proconf.	Proconfuli.
Off.	Officiorum.	proconf.	Proconfules.
Qvaest.	Qvaestori.	Publ. Judic.	Publicis Judiciis.
R.P.	Rerum privatarum.	S.	Salutem, vel Scripta, vel Subscripta, vel Suppos.
R.P. Orient.	Rerū privat. Orientis.	S. D.	Salutē dicit, vel dicunt, vel Subscripta data.
P. vel Pr.	Praefidi.	Subscr.	Subscripta.
Praef. Prov.	Praefidi Provinciae.	S. L.	Sacrarum Largitionū, vel sacrarū Litterarū.
PP.	Proposita, vel Patri Patriae, Praefecto praetorio.	Sacr. litter.	Sacrarum Litterarum.
P. F.	Praefecto.	S. p.	Subscripta petita.
PP. G.	Proposita gesta.	Sp.	Supposita. Subreptitia
P. V.	Praefecto Urbi, vel Vigilum.	S. PP.	Subscripta proposita.
P. vig.	Praefecto Vigilum.	Supp. vel	Supposita.
P. V. R.	Praefecto Urbis Romae.	Suppos. vel	
P. vel PF. Aug.	Praefecto Augustali.	Supposit.	
PP. emiss.	Proposita emissa.	S. petit.	Subscripta petita.
PP. Gal.	Praefecto, seu praetorium Gallianorum.	Tit.	Titulo.
Pet.	Petita.	Trib. pl.	Tribunis plebis.
pleb.	Plebis.	V.	Viro.
Praef. ann.	Praefecto Annonae.	V. C.	Viro clarissimo.
praet.	praetoribus.	VV. cc.	Viris clarissimis.
		Vic. vel Vicar.	Vicario.

Ex Praepositio, Consuli, Praetori, &c. addita, ut *Exconsul, Expraetor, Expatritius*, &c. quid significati habeat, vide **ALCIATUM**  
**Lib. Dispunct. IV. cap. 3.** **D 2** **Hacc**



**H**Aec pro hujus temporis & circumstantiarum ratione habui, quae de SIGNIS, quam plenissimè res illa scribi potuit, vobis, *studiosissimi Auditores*, communicarem. Sin verò aliquibus obscuriora quaedam videbuntur, eos recurrere velimus ad ARISTOTELIS *Philosophi* responsum, datum *Regi ALEXANDRO* de *ἀνεγαραλυσίς* Libris suis, quos editos & non editos nominavit. Quilibet enim CICERONIS illud semper meminisse debebit, NUL-  
LAM ARTEM LITTERIS SINE INTERPRETE ET SINE ALIQUA EXERCITATIONE PERCIPI POSSE. Non sanè longè abierimus, Num *Theologia, Jurisprudentia, Medicina, Philosophia, caeteraeq; Artes*, ex Libris cognosci possunt? Qui Libri, quancquam plurimi sunt, *Doctorem* tamen *lumenq;* deside-  
rant. Proindè mihi animus est, nostram operam omnibus Studio-  
sis, & in quavis Academiâ agentibus, modò eos ingratos non animadvertam, vivaci demonstratione apud litteraria instrumen-  
ta *ἐν φανώσ* ostendere, & singulorum obtutibus subjicere, & qui-  
dem, ut spero, multò feliciùs id praestituri, quàm priùs, vel in pu-  
blicâ Hujus ARTIS *explicatione*, vel etiam *Disputatione*, quam de *Juris Arte universâ* in NOTARUM *rationem formamq; redigenda* in-  
scripsimus. At objiciet quis, SIGNA HAEC tabulae nostrae inser-  
ta non solùm non *Memoriae*, Disciplinarum thesauro, ancillari,  
sed eam multiplici & variâ figurarû delineatione perturbare, a-  
deòq; magis implicare, quàm explicare. Huic, ut CICERONI  
qvondam CATO, pro centum millibus, vel potiùs, ut PLATO AN-  
TIMACHO prae omnibus, sic & PHILIPPUS MELANCHTHON, quem  
Scholae nostrae communem Praeceptorem vocant, sit instar o-  
mnium, qui his verbis in sacrò quòdam suò monumentò loqui-  
tur.



tur. Plerumq; addidit DEUS promissionibus suis externis QVAS-  
DAM NOTAS, subjectas sensibus, quae homines admonerent, & con-  
servarent, propagarentq; memoriam verbi ad omnem posteritatem.  
Firmiùs enim durat rerum memoria, quas oculi accipiunt, commen-  
datas certis Ceremoniis, veluti spectaculis. Sed de his in ipsâ AR-  
TE commodiùs. HANC igitur TABULAM, Studiosi Juvenes,  
acqvô accipite animô, & nostram qualemcunq; ope-  
ram boni consulite.

Haec, puto, si quid habet, ut habent, repetita laboris: Jussaq; nunc doctis tradit congesta figuris,  
Sic iterum monitus pandet, ut antè, suos. Ac ita cum doctis differet ille Viris.

O sapientes, sed

Non insanit Democritus:



Super omnia sapit.

Finem fabulae specta.



# INDEX AUTORUM,

quos in NOTIS citavimus.

Ubi notandum,

Quòd in primâ uniuscujusq; Scriptoris allegatione  
quaevis Librorum Editio est denominata.

## A.

Anonymus, p. 8.

Aristophanes, 15.

Artemidorus, 23. B.

Cass. Barthius, 17. 20.

Biblia, 10. 13. 16. 20. 22. 23.

Huldericus Buchnerus, 7.

Abrah. Bucholcerus, 4.

## C.

M. Tull. Cicero, 16.

Joan. Cinnamus, 3.

Petrus Crinitus, 6.

Joannes Crispinus, 5.

## D.

Christianus Daumius, 6.

Petrus Diaconus, 8. 9. 14. 17. 22.

Diomedes Grammaticus, 9. 12. 16.

Andreas Divus, 15.

## E.

Des. Erasmus Roterodam. 5. 7. 9. 10. 11. 13. 15. 19.

Euripides, 13. F.

Laurentius Faustus, 3.

Robertus Flud, 6. 15. 14. G.

Conrad. Goddacus, 7.

## H.

Dionysius Halicarnassæus, 25.

Daniel Heinsius, 7. 20.

Jo. Fridericus Hekelius, 7. 16.

JCTi, 9. 14. 20. I.

Inscriptiones Veterum, 9.

Isidorus Hispalensis, 3. 12. 15. 16. 20. 21.

J. Juvenalis, 14.

## L.

Diogenes Laërtius, 4.

C. Cornel à Lapide, 6. 16. 20. 23.

Justus Lipseus, 3. 12. 16. 19. 24.

Velius Longus, 17.

Joan. Lorinus, 25.

Jo. Petrus Lotichius, 13.

## M.

Joannes Muslerus, 8. 14.

## N.

Jo. Fridericus Nicolai, 3.

Nonius, 19.

## O.

Henricus Oelschlegelius, 11.

P. Ovidius Naso, 8. P.

Pacuvius, 19.

Palladius, 13.

Papias, 12. 17. 20.

Carolus Paschalius, 7. 21. 22.

Carolus Patinus, 3.

A. Persius Fl. 10. 14.

Jo. Pierius Valerianus, 1. 6. 7. 9. 11. 19. 23.

Divus Plato, 9. 12.

C. Plinius Sec. 16.

Polyhistores, 19.

Porta, 16.

Priscianus Grammaticus, Caesariensis, 27.

M. Valer. Probus, 8. 9. 12. 16. 17. 20.

## R.

Thomas Reinesius, 11.

Rhetores, 10.

Martinus de Roa, 8.

## S.

Henricus Salmuthius, 8.

Balt. Fridericus Salzmannus, 15.

Gustavus Selenus, 15. 16.

Cass. Sciblinus, 13.

C. Suetonius Tranquillus, 12.

## T.

P. Terentius Afer, 7. 10. 13. 14.

Tibullus, 14.

Adrian. Turnebus, 16. 19. 21.

## V.U.

Petrus Victorius, 20.

Sertorius Ursatus, 3.

## VV.

Jo. Christoph. VVagenseilius, 3.



*Max. R.*  
**DN. D**  
**SS. Theo**  
Philosophia  
Afflori,  
Alun

*AMO*  
*Domin*

sis

CO,

*ellentissimo,*

**TINO**

**tra-Ord. &**

cult. Philosoph.

o gravissimo,

ademiac

FISSIMO,

o sincerè

DN

DN

DN

DN

DN

DN

DN

Do

